

Da "I Capibrevi di Gian Luca Barberi" pubblicati da Giovanni Silvestri-Palermo, 1888 - vol. III p. 374

### XURENI FEUDUM

Feudum Xureni, in Valle Mazarie et territorio Petralie superioris possum, per Comitis Golisani Comitem et terre Petralie predicte Dominum, quondam Anthonio et Ioanni de Augustino fratribus, de terra Poligij, venditum extitit. Tandem Marinus la Matina, tamquam dicti Comitis cessionarius, feudum ipsum a posse productorum fratrum de Augustino redemit et ad ejus manus et posse reduxit. Ac de illo pro se suisque imperpetuum g heredibus et successoribus a quondam Don Iuliano Centelles, XV<sup>o</sup> Iunij VI<sup>e</sup> Indictionis 1488 investituram, in Regie Cancellarie libro anni 1487 in cartis 530 notatam, reportavit.

Et in presentiarum, anno 1513 decurrente, feudum idem Xureni per prefatum Marinum La Matina possidetur, quod annuatim annuatim reddit.....07 XXV.

Dictus vero Marinus La Matina per Anthonium de Odo ejus procuratorem, ob mortem Catholici Domini nostri Ferdinandi Regis, de dicto feudo Xureni a Don Ieanne de Luna, Preside, cepit investituram die XVIII<sup>o</sup> Ianuarij Ve Indictionis, notatam in libro anni 1516 folio 422; dictusque procurator juravit reddere tantumdem.

"Capituli di P. L. Barberi.

pagg. 428 sgg. - vol. III

Assignatio onz.XII . Assignatio onz.XII super Secrecia

Cum serenissimi Reges Martinus et Maria, pro serviciis eis per Pinum Vaccarum melivetanum in reducione insularum Meliveti et Gaudisii ad Regis fidelitatem prestitis, eidem Pino suisque heredibus eius de corpore legitima descendantibus, feudum la Culea, de quo superius in cartis....verba feci, concessissent, et inde certis ex causis ab illius posse postmodum revocassent, illudque regis Secrecie melivetane iterum reduxissent, in ipsius feudi excambium eidem Pino uncias XII annuales super proventibus dicti feudi anno, quolibet percipiendas concesserunt atque assignarunt.

.....

Preterea quondam Anthonius de Falzono tanquam maritus Catherine filie quondam Petri de Vaccaro, pro se suisque heredibus eius de corpore legitime descendebus sub consueto militari ~~xxviii~~ servizio, ob mortem dicti Petri eius patris, de dictis unciis XII in feudum investituram, in Regie Cancellarie libro anni 1493 in cartis 480 notatam, habuit.

Postmodum autem Laurentius de Falzono, prenominati Antonii de Falzono filius, ob donacionem ~~a~~ sibi de ipsis unciis XII in feudum per dictum Anthonium eius patrem factam, a Ioanne de la Nuca, tunc Regni Prorege, de eisdem unciis XII, v° Marcii VIII<sup>e</sup> Indictionis 1506 investituram, in Regie Cancellarie libro anni 1505 in cartis 316 notatam, nactus fuit.